prestiti iuramenti, et sicut diligitis bonum facultatis arcium", fuerunt approbata et supra dictis magistris, ut sonant, iniuncta. Et mgr. Sifridus infra tempus statutum se purgavit cum magistro Iohanne Stobelinger, magistro Georrio Huter, magistro Thoma Werneri et magistro Matheo Kalaw, sed mgr. Leonhardus Filsek non purgavit se iuxta decretum consilii et concepta quatuor seniorum quatuor nacionum de consilio facultatis.

Item Sabbato ante Invocavit conclusum fuit concorditer per magistros de consilio Febr. 21.
facultatis, nullo contradicente, quod in antea tempore electionis examinatorum tam pro magisterio quam pro baccalariatu, antequam decanus inponat cedulas, sortem mittat inter omnes volentes intingere pro cedula, et super quem venerit cotus, cum tribus proximis sequentibus trium nacionum asstare debet decano et videre modum et formam inposicionis, ut nulla fraus committatur, ille tamen, cuius nacio debet intingere, non asstabit, si velit sedere in sorte, sed alii tres, et sic consequenter in aliis nacionibus, ut decanatus sit semper metquartus.

1461 Sommersemester. 104. Decan Heinrich Kolk von Stendal.

Decanatus magistri Hinrici Kolck de Stendal de nacione Saxonum. Anno Apr. 18.
domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo Sabbato proximo ante festum sancti Georgii electus fuit in decanum facultatis artium magister Hinricus Kolk de Stendall de nacione Saxonum.

Clavigeri:
mgr. Iohannes Hasenfeldt de Franckenfordis de nacione Saxonum
mgr. Iohannes Herberen pie defunctus. In locum eius fuit electus:
mgr. Iohannes Stublinger de nacione Bavarorum.

Executores statutorum facultatis:
mgr. Iohannes Herbener pie defunctus de nacione Bavarorum
mgr. Iohannes de Crossin de nacione Polonorum.

Collectores pastus et taxatores:
mgr. Iohannes Hasenfeldt — de nacione Saxonum
mgr. Dyonisius Flegk — de nacione Mißnensium
mgr. Syfridus de Nurenberga — de nacione Bavarorum.
mgr. Iohannes de Koningesberg — de nacione Bavarorum.

Anno, quo supra, quarta feria Penthecostes electi fuerunt per sortem in Mai 27.
examinatores baccalariandorum magistri subscripti de quatuor nacionibus, videlicet:

mgr.
Cristoferus Thyme de Frienstad — de nacione Polonorum
Symon Enthover — de nacione Bavarorum
Iohannes Bolte de Berlin — de nacione Saxonum
Matheus de Kalow — de nacione Mißnensium,

per quos admissi fuerunt subscripti:

Georgius de Pegow
Mathias de Fruenstad
Conradus de Nortingen
Tylemannus de Issleve
Iohannes de Nurenberga
Petrus de Andernaco
Czabellus de Berlin
Henningus Iarmarkz de Halberstad
Bartoldus Sprancke de Brunswigk
Bartholomeus de Poßnenia
Petrus de Swydenitze
Iohannes de Iawer